Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Quare autem modicum esset ut non uideret
eum. & iterum modicum & uiderent eum.
adnectit causam dicens. quia uado ad
patrem. desi apte diceret. Ideo post mo
dicum a uestris aspectib' in monumentu
claustris abscondor. & iterum post modi
cum destructo mortis impio. uobis intu
endus appareo. quia tempus est ut exple
ta dispensatione mortalitatis. cum re
surrectionis triumpho iam reuertar.

A. Modicum et non uidebitis me dicit dominus ite
rum modicum & uidebitis me
quia uado ad patrem aevia aevia. A. Quid
est hoc quod dicit nobis modicum nescimus
quid loquitur aevia. A. Amen amen dico
uobis quia plorabitis & flebitis uos mun
dus autem gaudebit uos autem contrista
bimini sed tristicia uestra uertetur in gau
dium aevia. A. Tristicia implebit cor
uestrum aevia. sed tristicia uestra uer
tetur in gaudium. & gaudium uestrum ne
mo tollet a uobis aevia aevia. A. Tristi
cia uestra aevia uertetur in gaudium
aevia. A. Iterum autem uidebo uos & gau
debit cor uestrum aevia. & gaudium ue
strum nemo tollet a uobis aevia. A. Iterum
autem uidebo uos aevia. & gaudebit cor
uestrum aevia. & gaudium uestrum nemo
tollet a uobis aevia. A. Modicum & non uid
ebitis me aevia. quia uado ad patrem aevia.

Et uidi. & ecce in medio FRA. II. P. I.
throni & quatuor animalium &
in medio senior agnum stantem tan
quam occisum. habentem cornua sep
tem. & oculos septem. qui sunt septem
spiritus missi in omnem terram. Et uenit.
& accepit de dextera sedentis in thro
no librum. II. Et cum aperuisset
librum. quatuor animalia. & uiginti
quatuor seniores ceciderunt coram
agno. habentes singuli citharas & phi
alas aureas plenas odoramentorum. que sunt
orationes sanctorum. Et cantabant
canticum nouum dicentes. Dignus es
domine accipere librum. & aperire signacula
eius. quoniam occisus es. & redemisti nos deo
in sanguine tuo ex omni tribu & lin
gua & populo & natione. & fecisti nos
deo nostro regnum & sacerdotes. & reg
nabunt super terram. III. Et uidi. et
audiui uocem angelorum multorum in cir
cuitu throni & animalium & seniorum.
Et numerus eorum erat milia milium.
dicentium uoce magna. Dignus est agnus
qui occisus est accipere uirtutem & diuinita
tem & sapientiam & fortitudinem & ho
norem. & gloriam. & benedictionem. et
omnem creaturam que in celo est. & que
super terram. & que sunt in mari. & que in
eo. omnes audiui dicentes. sedenti in
throno & agno. benedictio & honor
& gloria & potestas in secula seculorum.
Et quatuor animalia dicebant amen. & uiginti
quatuor seniores ceciderunt in facies suas.
& adorauerunt uiuentem in secula seculorum.